FRECHULFUS LEXOVIENSIS. HRABANUS MAURUS
Mitte 12. Jh.
Seite 114r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

habitauerit terre. Lothan & sobal & sebeon & anan dison & eser & disan.
H. Esau & edom & seir uni nomen hominis. & quare uarie nuncu
pet supra dictum est. Qd autem sequentes horrei habitantes terram & reliq.
Postquam enumerauit filios esau alii repetit & exponit quomodo esau
in edom tria principes fuerunt ex genere horrei. quod in lingua nostra
interpretantur liberi. Legamus diligenter deuteronomium. ibi manifesti
scribitur quomodo uenerunt filii esau. & interfecerunt horreos ac
terram eorum hereditatem possederunt. Hi duces horrei filii seir in
edom. facti sunt autem filii lothan horri & heman. Erat autem soror
lothan thamna. & isti filii sobal alua & manahath. & cetera. iiiiiiii
H. Hec est thamna de qua supra dictum est. & thamna erat concubina
eliphaz. filii primogeniti esau. & ex ipsa natus est amalech. Id ergo autem
horreos recordatur est. qa primogenitus filiorum esau ex filiabus eorum accepit
concubinam. Qd autem dicit heman & eenez & amalech & cetera. sed
ante postea regionum idumeorum ex his uocabula imposita. Et hi fi
lii sebeon haia & ana. Iste est ana qui inuenit aquas calidas in solitu
dine. cum pasceret asinos sebeon patris sui & reliq. H. Iudea autem
edomite ita legunt. Ipse est ana qui inuenit aiamim in deserto. cum pasce
ret asinos sebeon patris sui. Multa & uaria apud hebreos de hoc
capitulo disputantur. Apud greecos quippe & nostros sup hoc silentium est. Alii
putant iamim maria appellata. Iste enim scribunt litteris maria.
quibus & nunc hic sermo descriptus est. Et uolunt illum dum pascit asinos
in deserto patris sui aquarum hic egregiones repisse. quia iuxta
idioma linguae hebraeae maria nuncupantur. qd scilicet stagnum
reperit. cum ita inuenimus in hebreo difficilis est. Non nulli putant
aquas calidas iuxta puniceae linguae uocitata quod hebraice termi
na est hoc uocabulo significari. Sunt qui arbitrantur onagros ab
hoc admissos et ad asinas. & ipsum istimodi repisse concubitum. ut
uelocissimi ex his asini nascerentur. quos uocant iamim. Pleriq. pu
tant qd equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus
asceendi. ut multos inde noua extra naturam animalia nasce